



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

XLVII. Synodi Pontigonensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

## TITVLVS XLVIII.

### Synodi Pontigonensis.

*SYNODVS QVÆ FVIT ACTA APVD  
Ticinum palatium anno incarnationis dominice DCCCLXXVI. Indictione  
IX. mense Februario; t̄ postea fuit confirmata ipsa synodus apud Pontigo-  
nem, cum Missis Domni Apostolici Iohannis aliisque multarum provinciarum  
Episcopis.*

ELECTIO KAROLI IMPERATORIS  
AB ITALICI EPISCOPIS ET  
CETERIS CONFIRMATA.

**G**loriosissimo & à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori, domino nostro Karolo perpetuo Augusto, nos quidem omnes Episcopi, Abbates, Comites, ac reliqui, qui nobiscum conveniunt, Italici regni optimates, quorum nomina generaliter subter habentur inserita, perpetuam optant prosperitatem & pacem. Iam quia divina pietas vos beatorum principum Apostolorum Petri & Pauli interventione per vicarium ipsorum Dominum videlicet Iohannem summum Pontificem & universalem Papam spiritualiè patrem vestrum ad profectum sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque omnium invitavit, & ad imperiale culmen sancti Spiritus judicio provexit, nos unanimiter vos protecōrem, dominum, ac defensorem omnium nostrum eligimus: cui & gaudenter toto cordis affectu subdi gaudemus, & omnia quæ ad profectum totius sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque omnium salutem decernetis & sanctis, totis viribus, annuente Christo, concordi mente & prompta voluntate observare promittimus.

*Et subscripti illi qui in Italia adfuerunt.*  
Anspertus sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus subscripti.  
Iohannes sanctæ Arretinæ Ecclesiæ humilis Episcopus subscripti.  
Iohannes Episcopus sanctæ Ticinensis Ecclesiæ subscripti.  
Benedictus Cremonensis Episcopus subscripti.  
Teudulfus Tertonensis Episcopus subscripti.

Adalgaudus Vercellensis Episcopus subscripti.  
Azo Eporediensis Episcopus subscripti.  
Gerardus exiguus in exigua Laudenii Ecclesiæ Episcopus subscripti.  
Hilduinus Astensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.  
Ratbornus sedis Augustanae Episcopus subscripti.  
Leodoinus Mutinensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.  
Hildradus Albensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.  
Bodo humilis sanctæ Aquensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.  
Sabbatinus Ienuensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.  
Eilbertus Comensis Episcopus subscripti.  
Adelardus servus servorum Dei Veronensis Episcopus subscripti.  
Ego Paulus sanctæ Ecclesiæ Placentiae Episcopus subscripti.  
Ego Andreas sanctæ Florentinae Ecclesiæ Episcopus subscripti.  
Reginerius Abbas subscripti.  
Signum Bosonis incliti Ducis & sacri palati Archimинфtri atque Imperialis Missi.  
Signum Richardi Comitis.  
Signum Walfridi Comitis.  
Signum Liutfridi Comitis.  
Signum Alberici Comitis.  
Signum Supponis Comitis.  
Signum Hardini Comitis.  
Signum Bodradi Comitis palati.  
Signum Cuniberti Comitis.  
Signum Bernardi Comites.  
Signum Airboldi Comitis.

*Acta sunt hæc in palatio Ticinensi anno  
Domini DCCCLXXVI. regni Domni Im-  
peratoris Karoli Hludowici Augusti pie  
memoria filij in Francia XXXVI. imperij  
primo, Indictione IX.*

## CONFIRMATIO CISALPINORVM.

Sicut Dominus Iohannes Apostolicus & univeralis Papa primò Romæ elegit atque sacra unctione constituit, omnèisque Italici regni Episcopi, Abbates, Comites, & reliqui omnes qui cum illis convenirent, Dominum nostrum gloriosum Imperatorem Karolum Augustum unanimi devotione elegerunt sibi protectorem ac defensorem esse, ita & nos, qui de Fran-

cia, Burgundia, Aquitania, Septimania, Neustria, ac Provincia pridie Kalendas Iulij in loco qui dicitur Pontigonis anno xxxvi. in Francia ac Imperij primo iussu ejusdem Domini & gloriofi Augusti convenimus, pari consensu ac concordi devozione eligimus & confirmamus,

*Et subscripterunt omnes Cisalpini Episcopi qui adseruerunt, & quorum nomina subter sequentia capitula, que confirmaverunt, tenentur adscripta.*

In nomine Patris & Filii & Spiritu sancti. Incipiunt capitula quæ Dominus Imperator Karolus, Hludouici Augusti pia memoria filius, una cum consensu & suggestione venerabilium Episcoporum & illustrium optimatum reliquorumque fidelium suorum ad honorem sanctæ Dei Ecclesiæ & ad pacem ac profectum totius Imperij sui fecit anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi DCCCCLXXVII. regni vero sui in Francia xxvii. Imperij autem sui primo, Indictione ix. mense Februario, in palatio Ticinensi.

## C A P. I.

**V**T sancta Romana Ecclesia, sicut est caput omnium Ecclesiarum, ita ab omnibus honoretur & veneretur; neque quisquam contra ius & potestatem ipsius aliquid injustè agere presumat: sed licet ei debitum tenere vigorem, & pro universali Ecclesia pastoralem exhibere curam, atque sacris precibus omnium pro omnibus interpellare auctorem.

## I I.

Vt honor Domino & spiritali patri nostro Iohanni summo Pontifici & universali Papæ ab omnibus conservetur; & quæ secundum sacram ministerium suum auctoritate apostolica decreverit, cum summa veneratione ab omnibus suscipiantur, & debita illi obedientia in omnibus conservetur.

## I I I.

Et licet in omnibus id observare velimus, præcipue tamen sanctum ut in termino beatorum Petri & Pauli Apostolorum principum nemo in cundo & redeundo, vel ibi morando, aliquam vastationem & depravationem facere præsumat; & quæ ipsius sanctæ Ecclesia propria sunt, nemo aliqua iniqua machinatione sine voluntate ipsius sacri Pontificis sibi vindicare præsumat. Quod si quisquam fecerit, restitutis male præsumptis, immunitatem ipsius Ecclesiæ persolvat, & bannum nostrum tripliciter componat.

## I V.

Vt ecclesiasticus honor, & sacerdotalis atque clericalis reverentia, debita competentique sinceritatis religione ab omnibus amplectatur, & in omnibus custodiatur, sicut avi & genitoris nostri monent edicta.

## V.

Vt imperialis honor ab omnibus fideliter observetur; & quæ ab eo seu per epistolam seu per legatos præcipiuntur, à nullo impune audeant violari.

## V I.

Vt Episcopi ministerium suum secundum sacros & sancto Spiritu promulgatos canones peragant, parochias suas absque aliquis impedimento, prædicando, corrigendo, & confirmando circumveant; & in hoc agendo nullus eis contraire & quod ad ministerium illorum pertinet contradicere in ipsis parochiis audeat, vel eis exinde aliquam molestiam inferat; sed adjutor, si oportuerit, invitatus à Pontifice quicunque Ecclesiæ filius existat; ut licet eis criminalia scelera & alia quæque corrigen- da inquirere, discutere, & dijudicare canonice. Quod qui temerare protervè præsumperit, triplicem legem & triplex banum nostrum perfolvarat.

## V II.

Vt Episcopi secundum sacram iussi- nem Domini nostri Iesu Christi prædicacionem per se, vel per suos congruentes exerceant, & Presbyteros suos ut similiter faciant instruere procurent. Et ut seculares

&amp;

& fidèles laici diebus festis, qui in civitatibus sunt, ad publicas stationes occurrant: & qui in villulis & possessionibus sunt, ad publicum officium in plebem festinent. Et nullus latibulosa Missarum in suis dominibus officia celebrare præsumat sine sui rationabili licentia Episcopi.

VIII.

Vt Episcopi in civitatibus suis proximum Ecclesiæ claustrum instituant, in quo ipsi cum clero secundum canonicas regulam Deo militant; & sacerdotes suos ad hoc constringant ut Ecclesiæ non relinquant, & alibi habitare præsumant. Sint etiam subjecti proprio Episcopo secundum canoniam auctoritatem, nec per contumaciam ab eorum potestate disfiliant. Neque seculari potestati ad hoc eis commendare se leiceat, aut eos quilibet recipere audeat, aut contra canonicas leges & debitam Episcopi potestatem quadammodo defensentur. Hujusmodi vero sacerdotes episcopalis illico censura disciplinis ecclesiasticis subdat. Nec fas est omnium eorum sollicitudinem Episcopos non gerere, quibus in committendis sacris ordinibus dignum visum est communicaſſe.

IX.

Vt domibus sacerdotum, propter malæ opinioneſ famam, habitatio femininarum penitus tollatur; neque illi in domos eorum intrare indicterè præsumant, ne nomen Dei, quod absit, per illos blasphemetur per quos laudari piē & jugiter debet. Venationem quoque nullus tam sacri ordinis exercere præsumat; neque arma militaria pro qualicunque seditione portare audeat, aut habitum quemlibet tantum apicem sacerdotij non decentem affumat.

X.

Vt res Ecclesiasticas tam mobiles quam immobiles nemo invadere vel auferre præsumat; & que à rectoribus Ecclesiæ haecenus, ob timorem vel favorem, alicui libellario vel emphyteutico jure dolose & cum damni detimento Ecclesiæ amissæ videntur, ad pristinum jus revertantur: quatenus liceat illis quibus earum cura commissa est, quieto & pacifico ordine eas tenere, & pro nobis ac regno nobis à Deo commissio orare, pauperibusque debita stipendia erogare, familiam Ecclesiæ justè & rationabiliter regere & gubernare. Transgressoribus autem indicimus iuſtè præsumpta restituere, & sicut superius præfixum est, triplicem legem & triplex bannum nostrum persolvere.

Tom. II.

X I.

Vt decimæ conlaborationum & animantium secundum sacra præcepta Domino absque fraude & aliqua retractatione offerantur; & in potestate Episcopi maneat qualiter Presbyteris dispensentur canonice. Et ut Ecclesiæ baptismales, quas plebes appellant, secundum antiquam consuetudinem Ecclesia filij instaurent.

X II.

Vt Episcopi Comites & vassos nostros in parochia eorum manentes paterno amore secundum ecclesiasticum ministerium diligent. Ipsi vero Comites & vassalli seu reliqua generalitas prædictos Episcopos ut sanctos patres honorent & venerentur, & ad ministerium illorum peragendum, ubique potuerint, eos adjuvare decerent. Si vero, quod non optamus, eis infesti, quo minus qua Dei sunt exercere possint, reperti fuerint, aut ipsi contra leges officia sua violaverint, & eos quos venerari debent inquietaverint, secundum Capitulare avi & genitoris nostri emendent. Qualiter quoque Presbyteros ac reliquos gradus honorent, ipsius capitularis forma doceantur. Ipsi nihilominus Episcopi, singuli in suo episcopio, missatici notri potestate & auctoritate fungantur.

X III.

Vt Episcopi & Comites in suis ministeriis commorantes in suis consilient domibus cum suis vassallis, neque præsumant occasione hospitij in pauperioris cuiuspiam vicini domo nisi rogati commorari, quia ob hoc maximè depredationes & discordias haecenus pullulasse manifestum est. Prævideant quoque, secundum ministerium unusquisque suum, ne in potestate illorum præde & devastationes fiant. Et si aliqui hoc facere tentaverint, omni sua virtute illis resistant. Et si ipsi per se constringere illos ad emendationem non potuerint, constitutis Missis nostris renuntient, ut ipsorum judicio legaliter secundum Capitulare avi & genitoris nostri emendent. Quod si & ipsi hoc emendare nequivierint, ad nostram notitiam perducant.

X IV.

Vt quotiens divinum judicium aliquem Ecclesiæ Praesulem è seculo vocaverit, nullus ad suum perditionem facultates ejus invadat, diripiāt, & ad jus suum transferat; sed erogataris & eleemosynariis ecclesiasticis, cum ipsius Ecclesiæ consitulo œconomico, liberum sit, canonico more, justè rationabilitèque deputata

Q.

successori futuro reservare, vel quibuscunque, sicut expedit, pro ejus spiritu distribuere. Quod qui iniqua cupiditate transgredi prelumplent, ut superius prælibatum est, inrefragabiliter multetur.

XV.

Vt nemo fidelium nostrorum quodammodo aliquem celet quem nostrum sciret infidelem esse, neque ei sustentationem quamcumque praefare pertenter, si eum ad nostram fidelitatem revocare nequivet. Quicunque autem contra haec fererit, prædecessorum & progenitorum nostrorum judicium experietur.

Ansbertus Archiepiscopus subscripti.

Iohannes humilis Aretina Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Adalardus servus servorum Dei sanctæ Veronensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Adalgaudus Vercellensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Azo Eporediensis Episcopus subscripti.

Benedictus Episcopus Cremonensis subscripti.

Hildradus Albensis Episcopus subscripti.

Gerardus exiguus Ecclesiæ Laudenensis Episcopus subscripti.

Iohannes humilis Episcopus sanctæ Ticinensis Ecclesiæ subscripti.

Teudulfus Terdonensis Episcopus subscripti.

Hilduinus Astensis Episcopus subscripti.

Sabbatinus humilis Ienensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Signum Bofonis Ducis & Missi Italiae atque sacri palatij Archiministri.

Signum Bernardi Comitis.

Signum Bodradi Comitis palatij.

Signum Ricardi Comitis.

Signum Airboldi Comitis.

Signum Cuniberti Comitis.

Signum Supponis Comitis.

Signum Alberici Comitis.

Signum item Bernardi.

Signum Hardigi Comitis.

Signum Berardi Comitis.

Iohannes Tuscanensis Episcopus, Legatus sanctæ sedis apostolicae & Domini

Iohannis summi Pontificis & univeralis

Papa, in his quæ supra scripta sunt interfui, consensi, & subscripti.

Anfegitus Senonum metropolis Episcopus, sanctæ & apostolicae sedis per Domum

Iohannem summum Pontificem

Papam Vicarius, interfui, consensi, &

subscripti.

Iohannes Aretinus Episcopus, sanctæ sedis apostolicae Legatus, interfui, consensi, & subscripti.

Hincmarus Remorum Archiepiscopus subscripti.

Frotarius Archiepiscopus consensi & subscripti.

Aurelianus Lugdunensis Ecclesiæ Episcopus in Christi nomine roboravi.

Otrramnus Viennensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Iohannes Rotomagensis Ecclesiæ Archiepiscopus subscripti.

Bertmundus Ebredunensis Ecclesiæ Archiepiscopus subscripti.

Ragenelmus Tornacensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Vvalterus humilis Aurelianensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Gerbaldus Cabillonensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Gislebertus Carnotensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Hildeboldus Suectionensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Roftagnus sanctæ Arelatensis Ecclesiæ humilis Episcopus subscripti.

Isaac Lingonensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Lantbertus Matisensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Ingelvinus sanctæ Parisiensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Johannes Cameracensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Hadebertus Silvaneensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Odo Belgivacorum Episcopus in Christi nomine subscripti.

Ratbertus Valentina Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Bernarius Gratianopolitanus Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Angenulfus Gabalitanensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Birico Vvapincensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Alduinus Avignonensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Vido Vallavensis Ecclesiæ Episcopus subscripti.

Hildebrannus Sagenensis Episcopus subscripti.

Villebertus humilis Catalaunorum Episcopus subscripti.  
Ragenfridus Meldensis Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Heirardus Lixoviensis Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Sigenandus Constantiensis Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Ætherius Vivariensis Episcopus subscripti.  
Erchambertus Bajocensis Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Hedenulfus Laudunensis Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Agilmarus Arvernensis Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Anslemus Lemovicensis Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Adalbertus Morinensis Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Vvilelmus Cadurcorum Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Lupus Albiensis Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Ottulfus sanctæ Trecassinae Ecclesiae hu-

milis Episcopus subscripti.  
Berardus Viridunensis Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Arnaldus Leucorum Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Franco Tungrensis Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Theodoricus Vesontiorum Ecclesiae Archiepiscopus subscripti.  
Vvala Autioidorense Episcopus subscripti.  
Adalgarus Augustidunensis Episcopus subscripti.  
Hemico Dienensis Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Aimarus Ruthenensium Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Theotarius Grundenensis Ecclesiae Episcopus subscripti.  
Hugo Abba.  
Albuftus Abbas ex monasterio quod vocatur Bethleem sive Ferrarias.  
Hilduinus Abbas & Bibliothecarius.  
Vlfardus Abba scriptor & subscriptor.  
Gaulzlenus Abba & Archicancellarius.

## TITVLVS XLIX.

ACTORVM SYNODI PONTIGONENSIS EDITIO  
altera, illa fortasse quam cum Legatis apostolicis dictasse & in synodo  
legisse dicitur Odo Episcopus Bellovacensis.

**S**ancta synodus quæ in nomine Domini vocatione Domni Iohannis ter beatissimi ac universalis Papæ & iussione Domni Karoli perpetuò Augusti congregata est in loco qui vocatur Pontigonis anno incarnationis dominice CCCCLXXVI. Indictione x. regni præfati invictissimi Imperatoris XXXVII. imperij autem primo, XVII. Kalendas Augosti, hæc capitula quæ subter adnexa sunt instituit.

### C A P . I.

**O**beunte Hludouico, qui Romani imperij jura regebat, Dominus Iohannes ter beatissimus Papa per Gadericum Veliternensem, Formosum Portuensem, Iohannem Aretinum venerabiles Episcopos Dominum Karolum tunc Regem ad limina beatorum Apostolorum invitavit, etumque Ecclesiæ ipsius defensorem ac tutorem elegit, imperialique diaclamate coronavit, cum præ cunctis solum & specialem eligens qui Romani imperij

Tom. II.

fœptra teneret. Cujus facris institutionibus pro debito parentes, quod ipse instituit instituimus, & quod ipse confirmavit pari consensu omnes firmamus.

### I I.

Congregata igitur in Romana urbe sancta synodo, ante adventum prædicti Domini Imperatoris, misit cum consensu omnium epistolas Hludouico Regi, filiis quoque ipsius, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, ac reliquis primoribus regni sui, monentes eos apostolica auctoritate more paterno servare quæ pacis sunt, ne

Q. ij